



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

5. Dies Avgvsti. Misereatur, qui misericordiam sperat: Pietatem qui quærit,
faciat: qui præstari sibi vult, præstet. S. Chrysol. serm. 14.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

§. DIES AVGUSTI.

Misereatur, qui misericordiam sperat : Pietatem qui
quærat, faciat : qui præstari sibi vult , præstet, S.
Chrysol. serm. 14.

Miseri- I.
cordia.

Misericordiam ut cum omnibus , tum multò maxime Christianis propriam , & lex , & Evangelium , & mysteria insignium cæremoniarum , & Messiae vox , & Apostolorum monita , & Ecclesiæ decreta religiosissimè commendant. Quæ omnia volunt Christianos omnes esse (a) filios Olei. Præit nobis Pater misericordiarum , de quo David: (b) *Universa via Domini, Misericordia & Veritas.* Per has vias , velut è Semmeo Bonitatis , & Potentiæ suæ exit , & progreditur ad hæc exteriora , quæ intuemur. Duobus his pedibus creata omnia circumlustrat. Itaque in hoc Dei motu , & progressu ad nos , Misericordiæ pes primus attollitur , & ab illo ut dextero , omissis inchoatur motio. Effatum est Aristotelis : (c) *Fons, & principium motionis est à dextera.* Unde nimur stellæ orientantur , dextrum esse contendit. Sic & motionis divinæ principium est Misericordia , indeque insig- nium gratiarum benefica sydera , velut à dextra parte oriantur. Illud igitur tertum inter summas Numinis proprietates , Misericordiam primas ferre , ac in Divina politia velut dictaturam gerere , quæ cùm vocem extulerit , sileat Justitia , necesse est , aliæque virtutes revereantur.

(a) *Zachar. 4.14.* (b) *Psal. 24.10.* (c) *De incessu A. nimi. c.4.*

II. Pa-

II. Patrem Misericordiarum imitatur Filius ejus, cui sunt viscera Misericordiae. Unde Salomon in sacro Epithalamio illam reverens, sic effatur : (a) *Oculi tui columbarum*, quae est perspicua Misericordiae ejus commendatio. Est enim proprium miserationis, animos in alium transformare, & alienam personam induere. Sic illos videoas, qui benefici animi affectu in aliorum miseriis commoventur, illas ipsas miseras animo excipere, & iisdein propè ærumnis affligi, ut non jam duo, sed miserationis vi, & amoris communione unus esse videatur. Quod de te testatur Apostolus : (b) *Quis infirmatur, ego non infirmor?* Hunc autem affectum columbarum oculi exprimunt, quorum hoc proprium est, ut sicut specula pellucida, rerum species viva quadam, & agente ratione concipient, & ponant in conspectu. Non est mirum, si columbae se osculentur, quod cum in mutuo se in oculis conspiciant, incredibili quadam amore afficiantur. In eartam oculis tam conspicua est representatio, ut non columbae quandam effigiem, sed columbam ipsam, quanta est, videre putas. Hos oculos Christo attribuit Salomon : Ille enim omnium infirmitates per commiserationem ita in animo suo impressit, ut omnes continuè in oculis ferre videretur. Audiamus illum loquentem : (c) *Quitegerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Nos miseris homunciones non modò in oculis suis getit, verum in pupilla, quae pretiosissima capitatis pars est, flos amoris, paternæ providentiae velut medulla.

III. Exemplo igitur suo tam Pater aeternus, quam ejus

(a) *Cant. 1, 15.* (b) *2, Cor. 11, 29.* (c) *Zachar.*

Augustus.

Tessera.

608

ejus Filius, docent nos, ut simus misericordes, sicut & illi fuerunt: si velimus & ipsi misericordiam consequi. D. Paulus vult nos (a) *fleere cum flentibus*, quod genus miserationis, amicissimi animi est pignus. Unde dictum illud Apostoli naturæ vocem esse puto, ad lachrymas miserationis adhortantis. Sic enim in officina matris compositus est infans, & fabricatus, ut curvus in utero genua genis, oculisque attingat, ut observat Rupertus: unde inquit, & (b) à geniis genua dicuntur. Cumque omnium nationum consensu, genua ipsa velut omni Misericordia celebrentur, iisdemque ab initio vitae, oculi, & genae cohaereant, est naturæ mutum præconium, oculos miserationi esse devotos, lachrymasque deberi calamitati. Præivit in hoc officio humanitatis, Christus D.N. qui cum videret Martham, & Mariam acerimo dolore confectas, & lachrymis perfusas, collachrymavit, mirabili exemplo humanitatis. Hunc imitati sunt & Prophetæ, qui non ut olim apud Romanos, *guttam jugiter manantem*, sed fontes Misericordiæ uberrimos in omnium gentium luce aperuerunt. Nam cum Dei afflatu præviderent calamitates insanientium populorum, qui spreto Deo, se in scelus ingurgitarent, haberentque in oculis Numinis iracundiam, & dirum fulmen, mortem, extitum, orci malitiam, furiarum impetum, & horribilem poenæ apparatum in facinorosos invehendum, mœrebant ipsi. In Jeremia perennes videbantur rivi in genis innocentibus, & continuus fletus, cum in clades suæ gentis contueretur. In ea seena insignium malorum, funestisque tragœdiis, de die

(a) Rom. 12.15. (b) L. 6. in Cant.

608
sicut
con-
quod
Un-
uto,
enim
rica-
ttin-
genit
con-
cele-
e co-
s mi-
ami-
ristus
terri-
olla-
Junc
Ro-
iseri-
ape-
lami-
eo, se
Nu-
exi-
orti-
hen-
ban-
etus;
a in-
e diei
de

Augustus: Tessera.

609

de nocte, lamentis indulgebat magno, & assiduo Auge-
mine lachrymarum: sic enim ipse: (a) *Quis dabit ca-
piti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, &
plorabo die ac nocte, imperfectos filios populi mei!* Cupit
totum verti caput in aquas, novainque venam exori-
ti perennium fluviorum, ad miserandæ gentis pia-
mentum. Hunc tu imitare, & ut imiteris Prophe-
tam, audi hortantem Poetam:

Quando mala exundant, runc lumina flumina fundant.

6. DIES AUGUSTI.

Qui succurrere perituro potest, si non succurrerit,
occidit. *Lactantius lib.6. Institution. cap.11.*

Elemo- I. **T**lla Tessera, fulminatrix est sententia:
synæ dandæ. ut potè quæ misericordiam in miseros
non tam commendat, quam mandat.

Mortem miser incurris, dum misero,
si possis, non succurris. Sicut Misericordia cœlum
aperit, sic Immisericordia claudit. Et hic fere est
sensus D. Augustini. (b) *Ante fores gehenna stat Mi-
sericordia, & neminem permittit in carcerem mitti.*
Quidni dixeris ante fores cœli stat Immisericordia,
& neminem qui fuerit immisericors sinit eo admitti?
Itaque opulentos ne se præbeant in operibus miseri-
cordiæ lentos, non tantum invitat utilitas, sed
compellit necessitas: eleemosynas dare non tan-
tum possunt, sed debent. Nam teste D. Jacobo, (c)
*Judicium sine misericordia erit illi, qui non fecerit mis-
ericordiam.* Audi hic D. Bafilium in locupletes non
tam perorantem, quam deronantem. (d) *Non es mi-*

Pars II.

Q q

serius

(a) *Jerem. 9.1.* (b) *Hom. 39.* (c) *Jacob. 2.* (d) *Orat.
ad divit.*